



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

10. Quae personae rejiciantur ob delictum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

Magistratus, ob quam prohibentur ab accusando præsides provinciarum, justitiarum, aliiq; omnes, qui habent cognitionem meri vel mixti imperii. de quibus vide *L. qui accus. ff. de accus.* propter dignitatem potestatis, in qua agentes sicut sine fraude in jus vocari non possunt: ita nec alios vocare valent: **DIXI** summi Magistratus: quia Magistratus inferiores, ut sunt defensores civitatum, potestates ad accusandum admitti possunt. *L. quemadmodum. ff. ad L. Aquil.* fortè quia non est tantum fraudis periculum.

10. Quinta causa desumitur ex proprio delicto ob quam ab accusatione repulsam meritò patiuntur infames. *L. qui accusare 8. & seq. ff. h. t. lib. 8. & 12. C. eod. nisi* & hi suas suorumq; injurias prosequantur: aut certè in casibus, de quibus. *L. nullus. maj. C. ad L. Iul. maj.* & præterquam in crimine Simonix. *cap. tanta. de Sim.* idemq; crederem in crimine hæresis, quod est majus ex objecto crimine læsæ Majestatis, ut. *17. q. 3.* & in crimine fraudatæ annonæ, ut *L. mulierem ff. de accus.* Qui autem sunt infames, habes *ff. de his qui not. infam.*
per

per totum. sive sint infames ipso jure, sive ipso facto sive per sententiam, ut ibidem ponuntur exempla: & sicut infamato interdicitur accusatio, sic & accusatio popularis, ut *ff. de pup. act. l. popul.*

II. Sexta ratio repellendi ab accusatione censetur, turpis quæstus, ut qui duo judicia adversus duos reos subscripta habet vel nummos ob accusandum vel non accusandum accepit ut *L. qui accus. ff. de accus. can. prohibentur. 11. q. 1.* de primo præsumitur, quod ratione quæstus vult tertium accusare, de secundo etiam certum est, quia in incertis non in certis conjecturæ locus est, ergo duos licet simul deferre, non autem tres. **O P P O N E S** *L. eos §. L. Julia ff. de accus.* dicitur quod duos accusare possum, si meam prosequar injuriam, item *L. cum rationibus. C. qui accus. non poss. habetur* quod de duobus reis simul quis eodem tempore quæri non potest. *L. eos cit.* Alibi iterum habet lex, quod tres possum accusare, si injuriã meam prosequor ut ait *L. cum rationibus.* Alibi etiam jura dicunt, quod etiam si injuriam meam prosequor, duos non possum similiter accusare,

ma-